

EJEMPLAR
ÚNICO



567

Michaelis Verini senten
tie morales.

Alfonso de Ercilla
El ingeniero

Liber distichorum Michaelis Verini
Agolini qui sententiarum inscribitur
Angeli policiani poete carmen in obitu
Michaelis Verini disertissimi ado-
lescentis.



Verin⁹ Michael florētib⁹ occidit annis
Morib⁹ ambiguū maior an ingenio:
Disticha cōposuit docto mirādaparēti
Que claudūt gyro grādior sēsa breui.

Sola venus poterat lento succurrere morbo:

Ne se pollueret: malluit ille mori.

Hic iacet heu patri dolor & decus vnde iuuentus:

Exemplum: vates materiam capiant.

Nicolai seratici carmen in obitu
Michaelis adolescētis poete.

Ante diem raptum questa est elegia tibulum:

Proximus accedit pro Michaele dolor.

Amplius in puero mores mirabire lecto:

Disticha qui sancto digna catone leges.

Eiusdem tetrastichon.

Contigit impubiseris quod prouenit annis:

Judicium: grauitas: candida vita: sophos.

Sic iuuenis michael superauit nestoris annos:

Clitam etenim virtus non mora longoz parit.

a ij.

**Bernardi michelotii distichum
in obitum Michaelis Verini.**

Ac fle: viuo: fruor: tandem pater optime veris.

Delicijs celo: posteritate deo.

**Anthonii geraldini carmen in obitu
michaelis verini doctissimi adol.**

Regia pyrami dum cedant monumenta viator.

Huic lapidi: quãq̃ marmora nulla vides.

Clarinus michael decus immortale pudoris.

Clauditur hoc saxo siste parumper iter.

Quod latet ingenij sidus que gloria phœbi.

Dilicias vr̃bis q̃ breuis vr̃na capit.

Disticha composuit graubus distincta figuris.

Que possis sacris equiparare libris.

Est breuis: argutus: facilis: sine felle: pudicus

Littera plus nerui q̃ sua carnis habet.

**Thieronymi carmen in obitu Michaelis
Verini adolescentis poete grauissimi.**

Hic situs est michael sexta trieteride raptus.

Unica doctiloqui spes: et imago patris.

Moribus indubio est fuerit vel carmine maior.

Fama pudiciæ: pieridumq̃ decus.

Judicium: probitas: studium: solercia non te.

Assert impubem: sed probat esse senem.

Michaelis Verini Agolini. f. distichorū liber
qui sentēciarū inscribitur. ad Paulū sarram
roncilionem grammaticae olim praepceptor
rem suum incipit.

Roncilionis honor sanctorum regula morū
Quae didici reddo carmina paule tibi.
Ad eundem.

Tu me pieridum duxisti primus in antra.

Primitias igitur accipe paule meas.

Ad lectorem.

Si te crebra iuuat breuibus sententia chartis.

Delectum e multis hoc cape lector opus.

Ad lectorem.

Disticha nostra legant pueri: castaeque puellae

Continet obscenos fabula nulla iocos.

Unde traxerit materiā distichorū.

Sidereī instar apum delibans gramina christi.

Delegi lector hoc tibi mellis opus.

Nemo impurus haec legat.

Hinc lasciuā venus: procul hinc discede cupido.

Tota meis legitur casta minerva libris.

Ad catonem.

Tu cato vel censor nostris scribere libellis

Haec farrago mei carminis ista seges.

a lllj.

Ad lectorem.
Nostra legas: quisquis fueris breuitatis amator:
Inuenies lepidos sed sine felle iocos.

Ad lectorem de Martiale.
Carmina sunt fatcor pulcherrima vatis iberi:
Ad mores faciunt non tamen illa bonos.

**Quod christianos non
debet esse leues.**
Cur grauibus texam quaeris mea disticha verbis:
Cultores christi non debet esse leues.

Optima quaeque carpenda ab auctoribus.
Virgilius gemmas eni stercore legit:
Et mihi sunt vatum plura notanda luto.

Ad amicū de editione sui libri.
In lucem hortaris me nostros edere versus:
Perfectum nescis vt mora reddat opus.

**In tribulatione virtus vt
aurum in igne perficitur.**
Quod fornax auro: facit hoc tribulatio iustis:
Rebus in aduersis certa est probanda fides.

Amor est causa timoris.
Quae tu contemnes nūquam amisisse dolebis:
Nam magni est nimis causa timoris amor.
Veri amoris nullus est finis.

Nunquam vera fuit charitas que desinet esse:

Nam nullus veri finis amoris erit.

**Non decet christianos more
ethnorum turpia.**

Nos genus electum christi nos sacra propago:

Scribemus veterum turpia more patrum.

Obscaena fabula a pueris vitanda.

Inficit obscaeni puerorum carminis aures:

Fabula dum vatam quaeritur ipse nitot.

**Mala durat: quae teneris
mentibus discuntur.**

Heu male diluitur teneris quod mentibus haesit:

Praesertim durant quae didicere mala.

Quare mordaces versus non scribat.

Quod nostri careant mordaci scemate iusu:

Lex hominum hoc prohibet: religio quoque dei.

Omnes sunt foelices ubi omnes amici.

Quam foelix et quanta foret respublica: ciues:

Si cunctos vnus conciliasset amor?

Nihil sine spe et praemio fit.

Est labor ingratus: quem debita praemia fallunt.

Quid graue non fiet spe sine: vel leue fit.

Quinimum dantis deus et

non donum considerat.

Non quantum dederis: sed qua tu mente dedisti
Pensandum est: placat victima parua deum,
Forma caduca ⁊ mali praesepe causa.
Quid fidis formae: populat quã morbus ⁊ actas:
Multis causa mali candida forma fuit.

De eadem re.

Haec quam cernis anum quondam formosa puella
Extitit: an nescis q̄ breue forma bonum est:
Uxor bona ⁊ nō pulchra habēda est
Sit formosa alijs vxor: tibi sit bona: nescis
Quam noceat castae forma pudiciāe.
Difficile est custodire formosas.
Aegre formosam poteris seruare puellam:
Nunc prece: nunc auro forma petita ruit.
Ylla patria est foelix vbi iuuen-
tus assuescit modicis cibis.

Ylla domus foelix vbi paruo assucta iuuentus:
In festo coctum luxuriatur olus.

De infoelici ciuitate.

In foelix patria est pueros vbi purpura vestit:
Atq̄ vbi praecedit diues honore bonos.

De falsis gaudijs.

Quae durare putas mortalis gaudia vitae:
Sunt breuia: ⁊ finis tristis amator erit.

De veris gaudiis.

Una salus seruire deo est: hæc gaudia sola;

Glera putes: quorum gloria finis erit.

In peccato ē plus doloris q̄ voluptatis.

Quid læctare miser: peccari est nulla voluptas:

Gaudia plus aloes q̄ tua mellis habent.

Eorū impiorū est fretum feruens.

Eorū iniustorum semper velut aestuat vnda:

Aequoris: insanus cum freta ventus agit.

Impudici oculi deprædantur animā.

Lumina prædantur mentem: pariunt q̄ ruinam:

Lumina nequitiæ si sapias abde fores.

Quid sit peccatum.

Peccatum est deforme malum: transgressio legis:

Diuinæ: at citius dixeris esse nihil.

Iudex ⁊ censor omni careat peccato.

Aspiciat lucem: qui vult damnare tenebras:

Qui carpit mores labe carere decet.

Peccator ⁊ caec⁹ ⁊ bestia efficitur.

Eorū deus iniusti nebulis obnubilat atris:

Exiit et formam: fit q̄ repente fera.

Peccatum est oculus in

ter animam ⁊ deum.

Obtenebrat mentem peccatum: est obicis instar:

Quo nequit auctorem cernere tecta suum.

Quanta fides fuerit tãta retributio.

Est operis mensura fides: nostriq; laboris:

Examen: capies praemia: quanta fides.

Aliena magis q̃ nostra vitia cernim?

Cur aliena magis q̃ crimina nostra videmus:

An quia nostra procul: sint aliena prope.

Post gaudia dolor sequitur.

Aeternus sequitur praesentia gaudia meror:

Stulte ne delitius credis vtrisque frui.

Risus in luctum vertitur.

Heu risus noster luctu miscetur amaro:

Duraq; sub dulci melle venena latent.

De avaro

Nusquam fraude caret: semper mentitur avarus:

Erga inopes surdus ferrea corda gerit.

De distributione honoris.

Indignum est nullo certamine praemia velle:

Virtutis iustus distribuato: honor.

De gloria.

Gloria si dulcis: studeas virtute parare:

Quo labor est maior: gloria maior erit.

**Iusti bene operantur
propter virtutem.**

Terret paena malos: inuitant praemia iustos:

Sed potis est virtus reddere sola bonos.

Qui deo militat mortalia cōtēnat.

Terrae spernet opes caeli qui militat oris:

Principis aeterni castra sequenda tibi.

Ut patientiae crescant praemia nō
audit subito deus inuocātes se.

Et tua maiori crescat patientia laude:

Non audit subito vota petita deus.

Nec cito nec temere iudicandū.

Judicium praeces insani iudicis index:

Omnia sunt longis discutienda moris.

Justicia ⁊ charitas arma sunt principū.

Justicia ⁊ charitas validae sunt principis arces:

Nulla tyrannorum vis diuturna fuit.

Contra inertes.

Tolle moras: volucres menses labuntur ⁊ anni:

Estima sit nescis quando futura dies.

Viuēdū tanq̄ sit vltima dies.

Compositis viuas ceu sit lux vltima rebus:

Incantum ne te parca seuera premat.

Aliud.

Quod sit nemo sua contentus sorte requiris

An patrio extorres viuimus hic solio.

Nihil stabile in rebus humanis.

Cum stabile hic nihil inuenias: cur stare requiris

Cum videas fluxu cuncta perire suo?

De eadē re. Quae vidētur sunt

fluxa. Inuisibilia aeterna sunt.

Quod cernis: nihil est: volat atri turbinis instar:

Sed quod non cernis esse perenne putes.

Ad magna praemia magno labore venit

Non nisi per magnos ad praemia magna labores:

Utur: at ignavis nulla corona datur.

De eadem re aliud.

Si te delectant aeternae praemia vitae:

Magna quidem: ne te terreat ergo labor.

Qui bene vixit non timet mortem.

Qui bene praeteritos sine labe peraeget annos:

Non horret mortis vulnera dira pati.

Mors viri boni non est flenda.

Non obitus flendus: sequitur quem vita perennis

Clivus enim semper: qui bene vixit erit.

Erudiendi pueri in aetate tenera.

Dum tenera est aetas: generosos imbue mores

Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

Tēporis iactura maxima praesertim doctis.

Nulla viris doctis iactura est tempore maior:

Et multi incassum tempus abire sinunt!

Mors malorum pessima: cōtra bonorū.

Formidanda malis sequitur quā paena perēnis:

At contra foelix mors solet esse bonis.

Totā illustrat vitā foelix exitus.

Tota illustratur foelici funere vita:

Mors foelix vitae causa perennis erit.

Bono bonus exitus: malo malus.

Clita boni raro turpatur funere foedo:

Clita mali turpi clauditur exitio.

Mutantur pili et nō mores.

De flavis vetula canos vulpecula mutat:

Illius at mores vertere nemo videt.

Bula et oia arma sunt veneris.

Quis cererem et bacchum: quis nesciat oia causam

Aequitiae et sceleris tela cupido tui?

Medicis morbi quā pri-
mum sunt monstrandi:

Si vis curari medico tua vulnera pande:

Exposces sero cum morieris opem.

Pluribus medicis non est
credenda salus aegroti.

Clis febre curari medicis ne crede salutem:

Pluribus: vnus enim sat bonus esse potest.

De gula quae plures interficit q̄ gladii.
Miraris subito franciscum funere raptum:
Credemihī: ancipiti pus ferit ense gula.

De eadem.

Cum doleat stomachus: medicum accersire leonem
Paule iubes febris sit tibi causa gula est:

De gula morborum causa.

Autumno inquiris cur tot moriantur in vno:
Causam: cum gula sit pestis et atra lues.

Modicis cibis natura cōtēta.

Esse cupis frugi: facile est: nam panis et vndae:
Praediues dapibus quilibet esse potest.

Dia pro vita aeterna hic sūt tolerāda.

Si quanta aeternae sint vitae praemia voluas:
Omnia pro christo perpetiere libens.

Aliud.

Spe regni aeterni debes tolerare labores:
Longe promissis vberiora feres.

Aliud.

Pro superis dabitur quae cōmutatio regnis:
Et tamen hanc hominum plurima turba facit.

Recta cōsciētia dat verū gaudiū.

Gaudia vera dabit mens omnis criminis expers:
Heu mihi q̄ pauci gaudia vera ferent:

Nō sūt vera gaudia in praesenti vita.
Delectare queunt praesentis gaudia vitae:

Quorum cum paena toxica finis habet:

Virtus reddit immortales.

Omnia cum pereant: virtus est sola perēnis:

Hacc immortales reddere sola potest.

Fortune prosperae nō est fidēdū.

Pone modum rebus nimium confise secundis:

Quae dedit: hacc eadem fors tibi tollet opes.

Aliud.

Quid tibi si gemmas omnes cumularis: et aurum:

Et tua tartarcis mens crucietur aquis:

Deus nō miseretur assidue peccatiū.

Assidue peccantis erit deus hostis acerbus:

Quoue magis tolerat: saevior ultor erit.

Deus punit expectās tardos grauiori paena

Quid rides: grauitate deus tormenta rependet:

Et gliscit tardis grandior ira moris.

Pecunia amissa grauius lugetur q̄ peccatū

Si tua tam vero luces peccata dolore:

Est nummos: esses victima grata deo.

De breui tēpore et de secordia hominū.

Si mora nulla datur vitae labentibus horis:

Cur ita tam longo turba sopore iacet:

Quod mors nō debet esse nobis res noua.

Quid subito palles audito nomine mortis?

An tibi res noua mors: vnde repente metus?

Quādo mors est optima.

Optima mors tunc est: cum vita est criminis experta

Mors foelix: vita est cum tibi chara magis.

Post gaudiū vitae venit luctus mortis.

Quid laetare miser: nescis post gaudia vitae:

Perpetuos luctus mortis adesse tibi:

Quod deus nō est auctor culpe: sed paenae.

Non deus est auctor culpaē sed criminis ultor:

Pro meritis iustus premia iusta dabit.

De vitae cupiditate in tot malis.

Cum mala praesentis longe sint plurima vitae

Quam bona: cur vitae tanta cupido tenet.

Via caeli difficilis: sed, promissis dei facilis.

Est via difficilis: superas quae ducit ad oras:

Promissis facilis redditur illa dei.

Vlcus proditum citius curatur.

Quod cito prodidacris medico curabitur vlcus:

Obfuit heu multis oculuisse diu.

Auarus praetor iniusticiae causa.

Cum reus est diues praetor: em nactus auarum:

Quid non sperabit posse licere sibi?

Quales principes tales populi.

Si studia & mores populi cognoscere curas:

Res facilis: vitam principis inspicias.

Cur solis in agris saepe versetur.

Esse tibi solus videor si solus oberrem:

Tunc mihi pieridum turba canora comes.

Aliud.

Cum fugiam cactus me tanquam carpis agrestem

Tunc ego sum solus: cum mihi turba comes.

De adulatore.

Blandus adulator regum certissima pestis:

Hacc audet sanctos perdere saepe viros.

De eodem.

Blandus adulator virus cōmune potentum:

Saepe in festo saevior hoste nocet.

Quales esse debemus.

Sis nulli blandus sed verus: & omnibus aequus:

Glor clamore vacet: sit sine lite sonus.

Derisu.

Immodicus risus non est sapientis: & index:

Stulticiae: lepidi sint sine dente ioci.

Nesimus loquaces.

His sapiens dici: raro & meditata loquar:

Saepe loquax verbis proditur ipse suis,

b

Vera laus bonorum.

Omne genus laudis turpi vilescit in ore

Vera boni: et docti laus solet esse viri.

**Nec nostra laudare nec alie
na rependere debemus.**

Nec tua laudabis: nec facta aliena rependes

Nam satis est: alter si tua facta canit.

Id maurum desidem.

Tempore sic omni deses colis oia maure

Est recutitorum sabbata turba colit.

De munere.

Munera quid possunt testatur ferrea turris:

Quam victor fuluo iupiter imbrec subit.

De munere.

Quid non argento: quid non corrumpitur auro?

Qui maiora dabit munera iuctor erit.

Diuites plerūq; mali.

Difficile est opibus mores seruare pudicos

Omnia diuitibus non ne licere vides?

Diuitiae sunt causa periculorū.

Quum sint diuitie manifesta pericula vite

Cur voto a cunctis sic cupiuntur opes?

Paupertas cū bona sit: ab oib; euitatur.

Sobria paupertas multorum causa bonorum est:

Hanc tamen ut pestem plurima turba fugit.

Natura paucis contenta.

Quid tibi deesse potest: modicus si panis et vnda

Prandia: vel cenam si tibi prebet olus?

Mors expectanda intrepide.

Expectes omni securus tempore mortem:

Nan quo sit nescis excipienda loco.

Mors ubique.

Ipse licet fugias pennis velocius euri:

Non tamen effugies tela tremenda necis.

De timido.

Infoelix palles audito nomine mortis:

Tanquam sit foli mors fugienda tibi.

Mors vitari non potest: unde

nec timenda nec fugienda.

Quod nequeas vitare fugis: mors omnibus instat

Hec formidanda est: nec fugienda tibi.

De eadem re.

Stultum crede mihi est quod inevitabile cernis

Effugere: et turpi si quaciare metu.

Omnis laus in proprio ore vilecit.

De te alij narrent: proprio sordescit in ore

Gloria: si taceas: plus tibi laudis erit.

Nihil magis nostrum est quam tempus.

Nihil magis est nostrum volucris quam temporis usus:

Sed multis tanq̄ res aliena volat,
Quicquid preteritū est mors nobis abstulit
Prospicinius cuncti mortem: sed fallimur omnes:

Quicquid preteritum est abstulit atra dies,
Voluptas brevis ⁊ sēper hēt ī fine penitētiā
Est instar floris verni fugitua voluptas:

Quod pudeat semper peniteatq̄ facit.

De liberali simili deo.

Ille deo similis: qui dat benemunera letus:

Qui repetit: fructus foenoris officio est.

Nulla maior usura ⁊ sātior q̄ pascere egēos

Nullum magis erit lucrum q̄ pascere egenum:

Foemore nam grandi centupla dona feret.

Palā reddēde grates: clam dāde.

Ingrate est mētis sine teste reddere grates:

Reddereq̄ ingrati est dona minora datis.

Qui vult in caelo cumulare
diuitias hic det pauperibus.

Quas christi causa miseris donabis egenis:

In celo aeternas costabilibus opes.

Ad auarum.

Quid cumulas aurum: solum conceditur vsus:

Tempora labuntur: dum cumulantur opes.

Nullum maius lucrum neq̄

certius q̄ credere christo opes.
Quod maius focnus q̄ christo credere censum:
Promissis ne dei est certior vlla fides?

De eadem re.

Munera si gratis dederis: si letus amicis:
Tollet diuitias has tibi nulla dies.

De eadē q̄ nemo dat gratis.

Munera qui mittit: sperat maiora remitti:
Nemo suas vellet perdere gratis opes.

De virginitate ⁊ nuptiis.

Virginitas caelum: veneris thorus implet auernū:
Hae superius similes nos facit: illa feris.

De seruo stulto ⁊ vxore litigiosa.

Quam miserus est: stultus si tractet seru⁹ habenas:
Imperet: aut vxor ambitiosa viro.

Qualiter gratiae pinguntur.

Pinguntur geminae charites spectare sororem:
Dona mihi reddas vt duplicata mea.

Aliud

Pinguntur nudaē charites: ne foenore dones:
Usuram pictas religio q̄ vetat.

Ad amicum.

Accipe parua mei lactus munuscula census:
Acc quae sint: sed qua suscipe mente data.

b liij.

Minor est labor q̄ praemium caeli.
Quem potes aeterno pro munere ferre laborem?
Mercedi an tantae par labor esse potest?

**Propter parvam fidem
pauci saluantur.**

Saluantur pauci: multos vocantur ad astra:
An quia sit paucis cognita vera fides?

De charitate.

Est charitas perfectus amor: perfecta q̄ virtus:
Qua sine perfectum nil reperire potes.

**Qui habet maiorem charitatem
habebit maiorem gloriam.**

Eui maior charitas: debetur gloria maior:

Quantus amor fuerit: praemia tanta feret.

Qui vult esse altus sit humilis.

Esto humilis: quisquis fieri cupis incola caeli:

Fastus tarrareis excruciatur aquis.

Tardi ⁊ cōsiderati ad loquēdū.

Qui cito praecipitat velox sine pondere verbum:

Errat: ⁊ emissum non reuocare potest.

Quod dices ⁊ facies aliis tibi fiet ⁊ dicetur.

Quae dices alijs: tibi iam responsa remitti

Expectes: capies qualia dona dabis.

Sētētia cares pietate iniusta est.

Quae pietate caret sententia: facua putatur

Est pietas cunctis anteferenda sacris.

Melius consilium q̄ vires.

Consilio vtilius q̄ viribus arma geruntur:

Militis est robur: consilium q̄ ducis.

Multi peccāt ⁊ paucos errati penitet.

Quae sine labe caro quae non obnoxia culpa est:

Quem non inuenies criminis esse reum?

Deus nō potest peccare alii oēs

Non peccare dei est: nemo sine crimine viuit

Errati paucos poenituisse vides.

De falsa spe penitentiae.

Pertenuis spes est inter peccata salutem:

Et sperare nouis criminibus veniam.

Qui praesentia desiderat: futura negligit.

Qui spes praesentis vitae est praefixa: futuram

Negligit: hic nunq̄ mente quietus erit.

De iracūdo semper excedēte iusticiā.

Qui temere ⁊ praecipis tabidas exarsit in iras:

Excedet semper limina iusticiae.

Quae virginitate obstent.

Qui vult virginum caelebs seruare pudorem:

Ocia deuitet foemineosq̄ choros.

De eadem re.

b iiii.

Saepe marem in furias aspectu foemina solo:

Urget & inflammat pectora notus odor.

Vitādae oportunitates nequitiae.

Quis non vretur: si se deiecit in ignem?

Elivere quis credat dira venena bibens?

Meli⁹ est timere bene q̄ male fidere.

Utilius timuisse bene est q̄ fidere valde:

Nam cauto & timido nulla procella nocet.

De vitandis foeminis.

O quibus illecebris capitur cui foemina iuncta est:

Foemina tentandi pabula quanta dedit?

Foeminae occursum ē sagitta daemonis.

Formosae occursum mulieris daemonis arma:

Parthorum tanquā dira sagitta ferit.

Vitāda proximitas foeminae.

Saepe pudicitiam mulier formosa: propinqua:

Eripuit castis: multa q̄ damna dedit.

Foemina domat duces victores.

Foemina magnanimos domuit per saepe leones:

Praeda q̄ victores saepe fuere duces.

**Sanson & Hercules foemi-
nis succubuerunt.**

Quis sansone fuit: quis fortior hercule? constat:

Foemineis ambos succubuisse thoris.

**Tutiora sibila basylisci
q̄ cantus puellae.**

Tutius in siluis basyliscum audire frementem:

Quam molles cantus foemineumq̄ melos.

**Tria vincula mulieris
petulantiam cohibent.**

Foemina molle genus turpes procliuis ad actus:

Ni vir sit custos: ni pudor atq̄ metus.

Mulier peccati causa.

Foemina peccati gluten: latet anguis in illa:

Si sapis: hanc ceu sit pestis amara fuge.

De eadem re.

Noxia foeminei fugias contagia cactus:

Quanti causa mali foemina prima fuit.

De laude virginitatis.

Virginitas animae murus victoria carnis:

Portus honestatis sancta pudicitia est.

De virginitate.

Virginitas caeleste bonum: cognata phalangi:

Angelicae: in terris hec mihi rara fuit.

**Luxus ingenium
et mores perdit.**

Ni illaetale magis q̄ luxu perdere mores:

hec pestis iuuenum est saeuior ingenijs.

**Non decet virum nimis
bene psallere vel cātare**

Turpe viro studium est psallendi: turpe canēdi

Turpe est foemineis semper adesse choris:

Spes vitae longae est peccati causa.

Dulcis amor vitae dirum mihi crede venenum est:

Causa q̄ peccandi spes diuturna fuit.

De eadem re.

Quam miserum est nescire mori: vitae q̄ cupido:

Peccandi multis pabula quanta dedit:

Qui nihil sperat nihil timet.

Si nil sperabis: discrimina nulla timebis:

Quasis amor fuerit: talis et ipse timor.

Nō decet virū muliebri cultu incedere.

Q̄ turpe viro muliebri incedere cultu:

Mollia q̄ euulsis reddere crura pilis.

De principe nō prohibēte peccatū.

Qui prohibere potest: causam tribuisse videtur

Peccandi: quicquid non vetat illicitum.

Conscientia bona nihil timet.

Qui recte vivit contēnit iussa superbi:

Conscia mens recti nil timuisse potest.

Plus lingua et conuictus

q̄ scriptum mouet.

Plus tibi conuictus: plus viui proderit oris

Eloquium: quod si scripta diserta legas.

Fidere vulgo et placere populo est demetia.

O te dementem: si vulgi ignobilis aura

Remouet: ah nescis cui placuisti cupis.

Non sunt munera accipienda.

Munera ne capias: vincus latet hamus in esca

Nulla carent visco munera: virus habent.

Verus amicus in duro
tempore cognoscitur.

Temporibus duris veri noscuntur amici:

Ah fidos paucos experiere tibi.

De eadem re.

Inuenies multos si res tibi floret amicos:

Si fueris pauper quis tibi amicus erit?

Quae sunt verae diuitiae.

Diuitiae non sunt argenti pondus et auri:

Virgutes veras accipe diuitias.

Sententia de lucri cupiditate.

Conditio misera est lucri intolleranda cupido:

Hyberni haec vexat turbinis instar aquas.

Ad auarum.

Hostia pauperibus penus et granaria claudis:

Tradiderit soli haec ceu tibi cuncta deus.

Cur non edat.

Cur ego non edam in lucem meam disticha quaeris:

Edita si mala sunt: quis reuocare potest?

Sapiens est ditissimus.

Si fueris sapiens: croesi superaueris aurum:

Nam sapiens nullo tempore viuit inops.

Nihil stulto prodest.

Quid prodesse potest stulto: cum nesciat uti:

Consilio: atque omni tempore uiuat inops?

Qui amat corpus sper-

nit animi virtutem.

Cui nimis est charum corpus: vilescit honestas:

Et ventrem et mentem nemo replere potest.

Ad petrum.

Te miserum dicis fateor: sine crimine quemque:

Non vidi miserum: tu miser ergo petre es.

Ad diuum.

Cum tanta heu miseris penuria temporis instet:

Cur diue in nugis tempora longa teris?

Repraebendit mori timentem.

Cum sit plena mali vitae mortalis egestas:

Cur exire times carcere: liber eris.

De eodem.

Quod cito decedis gemis: hac es lege creatus:

Nam tibi longa satis: quae bona vita fuit.

Omnia patienter ferenda ut ex
voluntate dei procedentia.

Quod tibi contingerit: patienter ferre mento:

Quoniam certum est fieri numine cuncta dei.

Mens bona nihil timet: contra.
mala semper timida.

Conscientia mens recti nullo commota pauore est:

At mala mens semper sollicitata metu.

Omnis bonus foelix.

Quid magis est foelix: quam cor sine crimine mundum:

Qualis inest mundo pectore lactica:

Contra hypocritam.

Mentiris: christi falso qui sacra fateris:

Nisi facias quicquid pagina sacra iubet.

De veneratione parentum.

Qui cupis esse senex charos venerare parentes:

Quae patri facies: filius illa tibi.

Contra mercatoris rerum terrenarum.

Per mare per terras mercator quae ritat aurum:

Tu caeli aeternas stulte relinquis opes.

Contra auarum diuitem.

Quem non pauisti: mactasti diues egenum:

Ipsa reus tanti criminis huius eris.

Quod scurrae et gulosi amici non sunt.
Qui socius mensae est: verum ne reris amicum
Tolle epulas: nosces quod tibi fidus erat.

Qui amat periculum in eo peribit.
Qui discrimen amat per saepe peribit in illo:
Impugna miles: nauta peribit aqua.

De incerto exitu.

Num minime velles: truncabit stamina cloto:
Hec quicquid extremo certius interitu est.

Contra tardantes bene operari.
Eras inquis faciam: concessa quoque labitur hora
Fac hodie: fugit haec non reditura dies.

De inuidia.

Inuidia est animae tinea haec ceu vipera mordet:
Auctoris quoque sui viscera prima ferit.

Non audiendus detractor.
Qui detractori faciles accomodat aures
Dat causam: et pariter criminis ille reus.

Quod scimus: docere debemus.
Edoceas quod scis: fit enim sapientia dando:
Maior: at est contra facta retenta minor.

Via caeli aspera: inferni prona.
Igitur ad aethereas per magna pericula sedes:
At nullo inferni prona labore via est.

De foeditate peccati.

Si posses vitium quod sit deforme videre:
Hoc dices monstro foedus esse nihil.

De pulcritudine virtutis.

Flammiferis longe est virtus formosior astris:
Haec rebus cunctis anteferenda tibi est.

Qui meminit mortis et inferni facile a viciis abstinabit.

Is facile extinguet veneris flagrantia tela:

Qui meminit gehēnae: qui phlegetontis aquae.

Ad symonem canisianum.

Te dare promittis: nec das mihi munera symon:

Nihil tibi debebo: si mihi sera dabis.

Magni citius et facilius ruunt.

Quo magis est abies procera euellitur curis:

Fulmina non valles fulmina torta petunt.

Gloria liuorem parit.

Quo maior civis: maior solet esse ruina:

Magna quod liuorem gloria saepe parit.

Qui magnus est semper timet.

Quanto maior eris: maiora pericla cauenda:

Crede mihi nullo tempore tutus eris.

Munera cito et laeto
animo danda.

Munera dēs lactus: corrumpunt redia domum:

In quo censendum est: quid nisi dantis amor?

Qui cito et temere promittit
nuscū seruat fidem.

Qui cito: qui temere spondet se multa daturum:

Quae male promisit turpius illa negat.

Negare in principio est dare
beneficium si bene negetur.

Qui cito: qui belle negat: is tribuisse videtur:

Munera: nam semper est odiosa mora?

Non est seruanda fides in rebus malis.

Turpiter aegidae neptunus munera soluit:

In male promissis reuicienda fides.

Ad auarum.

Uestibus innumeris desudas: horret egenus:

Frigore cur non inopem: teq; calore necas?

Qui plus deus dederit: plura requiret.

Qui bona multa deus concessit: plura requiret:

Hi dispensarit: quas bene caepit opes.

Non est tutum ipraetis
suis se credere alienis.

Non est tuta salus alienis credita telis:

Uenales mutat quaelibet aura manus.

Justicia et charitas sunt

arma tuta principum.

Justicia ⁊ charitas dilecti principis arces:

haec sunt arma: quibus nulla nocere queunt.

Qui dat inopi sua nunq̄ erit pauper.

Qui bene diuitias inopi donabit amico:

hic omni foelix tempore diues erit.

Velox passus sine causa:

signum leuitatis.

Incessus velox signum leuitatis habetur:

si causa impellat praecipitare moras.

Pueri ⁊ iuuenes nō debēt maledicere senib⁹

Ne facia in canos iuuenis conuitia fundas:

Sed sede assurges praetercunte sene.

A prima aetate docēdi sunt pueri.

Clara tuis vt sit si vis sapientia canis:

Cum primo hanc sitiens ebibe lacte puer.

Unde senatus dictus.

A senibus prisca sanctum dixerunt senatum:

Est robur iuuenum: consiliumq̄ senum.

De senum prudentia.

A sene consilium quaeras: prudentia rerum

Est illis: sine qua curia quaeq̄ perit.

Signū ruinae gubernatio iuuenū.

Urbes regna domos iuuenum quas rexit ardo:

c

Sint quāquam fortes certa ruina manet.

Quid sit lex ⁊ iusticia.

His legis prohibere malum est: permittere honestū

Iusticiae est semper ius dare cuius suum.

Qui cito credit leuius est corde.

Qui cito crediderit: fallitur saepe: leuisq;

Est cordis: raro fallitur ipse senex.

Peius est foedari animo
q̄ turpati corpore.

Foedius est animi vicijis corrumpere lucem:

Corpora q̄ turpi commaculare nota.

Iniusticia ruina urbium.

Nil iniusticia misere est infestius urbi:

Funditus haec muros vertit: ⁊ ipsa domos.

Discordia res omnes euertit.

Nil adeo est firmum: quod non discordia vellat:

Funditus haec muros: vertit ⁊ illa domos.

Qualis sit princeps reipublicae.

Publica priuatis nisi praeferat omnia rector:

De iusto iniustus rege tyrannus erit.

In caelo vera amicitia.

Si nihil in terra casto perhibetur amore

Dulcius: in caelo qualis amicitia.

Nō bene philosophiae ⁊ cōiugio vacatur.

Non bene socraticis chartis: thalamoq; vacabis:

Numquid erit veneris casta minerua comes?

Senectus bonis iocunda est: malis morosa.

Quae caruit vicijs dulcis solet esse senectus:

Contra morosa: quae viciosa fuit.

Vicia aliena inquirimus: nostra non cernimus.

Esse quid hoc dicam: alterius si crimina lyncis

Aspicis: at caecis sit tua luminibus?

Cur aliena quam nostra fertilioza videtur.

Quisquam suam deflet sortem vicina quam semper

Apparet falso lactior esse seges.

Mutatio consilii est optimus portus.

Errare est hominis sed non persistere: saepe

Optimus est portus vertere consilium.

Tempus praeteritum re-
cuperari non potest.

Praeteritas nullus reuocabit temporis horas

Desidia an quicquam foedius esse potest?

Utilius est vnum et saepe libros
legere quam multos cumulare.

Egregios cumulare libros praecclara suppellex

Ast vnum utilius voluere saepe librum.

De retinendo quae leguntur.

Est abus emissus subito non proderit alio

Dabula sic mentis non retinere diu.

**Procent plura medicamenta
et plures medici.**

Impedim certam medicamina crebra salutem

Non plures medici sed satis vnus erit.

Nihil sine amicis iocundum.

Quid tibi iocundum submotis esse amicis

Omnia tibi quaeq̄ sunt cumulata bona?

Quid sit amicus.

Alter ego est verus multumq̄ probatus amicus

Quo debet nobis charius esse nihil.

Amici prius eligendi:

electi semper retinendi.

Nil temere admittas nisi fidum noxii amicum

Sed semel admissus semper habendus erit.

Scire mori est honos mortis.

Mortis honos est scire mori vitae beatae

Exitus est testis: qui sine labe fuit.

Fictilibus tutius quae in gemis caenatur.

Fictilibus caenare pudet: gemmasq̄ requiris

Ab nescis demens quanta pericla manent?

Sapientia docendo et charitas

dando fit maior.

Est charitas dando sic fit sapientia maior.

Elansa minor nobis largius ergo dabis,

Auaricia semper crescit.

Crescit auara sitis quanto tibi copia maior

Et cumules omnes semper egebis opes,

Quid sit diues.

Non est crede mihi multos qui possidet agros

Diues: sed diues cui satis vnus ager.

Liberalis.

Quas inopi ⁊ dulci lactus donabis amico

Temporibus nullis eripientur opes.

De aegrotto incurabili.

Ycito: dic oleum properet deferre sacerdos

Conuenit medicum plurima turba simul.

Aegroti non curatur a pluribus.

Nunc crede mihi a morbo curabitur aeger

Si multis medicis creditur vna febris.

Quare diuites peius quam pauperes curentur aegroti.

Unde fit aegroti vt plures curentur egeni:

An quia diuitibus pharmaca plura nocent.

Quomodo diues ⁊ foelix efficitur.

His fieri diues christi praecepta sequaris

Diminuas animi grandia vota tui.

Amici diuitum sunt falsi amici.

Quem tibi diuitiae peperere est falsus amicus
Argentum non te diligit ille tuum.

Pacientia et fides probatur
in rebus aduersis.

Rebus in aduersis patientia vera probatur

Rebus in aduersis vera probanda fides.

Duplex poena peccanti
principi imponenda.

Si proceres neque: si peccauere parentes:

Exemplo et sceleris poena paranda duplex

Filius imitatur mores paternos.

Saepe patris mores imitatur filius infans

Qualis erat mater filia talis erit.

Filia mores matris sequitur.

Castra refert castae genitricis filia mores:

Lasciuiae nunquam filia casta fuit.

Pater debet esse optima
norma filii.

Et verbo: et facto paruis sit regula natis:

Optima sitque omnitemporum norma pater.

Artes discende a teneris.

Altera natura est habitus: quam iuniorum artem

Perdisces tollet nulla senecta tibi.

Virtuti mors nocere non potest.

Sola potest homines aeternos reddere virtus
Hinc soli e cunctis non libitina nocet.

In arata bene terra
messis fertilis.

Si bona contritae iactabis semina terrae:
Prae magnis messis frugibus vber erit.

Verecundia iuuenum
signum probibitatis.

Egregium iuuenis signum verecundia tanquam
Peccati constet poenituisse sui.

Eloquentia omnia perficit.

Nihil tam difficile est: quod non persuadeat: et non
Efficiat docti lingua diserta senis.

De eloquentia.

Ancipiti eloquium longe penetrantius ense:
Hoc rabiem motam sedat: et arma mouet.

De eadem re.

Nihil adeo incultum quod non ratione nitescat
Thebarum haec altas vexit ad astra domos.

Qui verum audire non vult: perditus est.

Desperanda salus: qui vera audire recusat:
In quosuum praeeceps labitur exitium.

Iuuenum furore vrbes euersae:
saluatae consilio senum.

Præcipites iuuenum dementia subruit vrbes:
Luria consilio constabilita senum est.
Plus fabius senex q̄ flamini
us profuit vrbi romae.
Plus cunctatoris fabij mora profuit vrbi:
Flamini ⁊ gracchi q̄ valere manus.
Lōsciētia bona iudicē nō timet.
Accusent te mille licet mens conscia recti
Stat tamen: ⁊ spernit iudicis ora trucis.
Ad quendam vaniloquum.
Omnibus in triuijs recitans tua carmina laudas:
Si vis vt laudem discere tacere prius.
Nō est vituperād⁹: si nō ē par fili⁹ patri.
Quod nequeam musis puer asperare paternis:
Da veniam: noster disticha ludus erit.
Ad carpentem sua disticha.
Disticha quod tenui mediter me carpis auena:
Non omnes possunt praelia flare tuba:
Ad eundem.
Si labor intenui est si me non spernit apollo:
Lur tibi sic nostri displicere sales.
Ad Agolinum parentem suum.
Hosti chare parens q̄ simi breuitatis amator:
Accipe delicias disticha parua meas.

Ad eundem.

In lucem nostri formidant prodere lusus:

Si prius emendes: nil Algoline timent.

Ad carpentē ingeniū ⁊ aetate suā.

De puerum dicas: quid tum: ingeniumq; reprendis

Sat mihi si mores dixeris esse bonos.

Ad eundem.

Aetatem incusas: nequeas cum carpere mores:

Naturam insanac est carpere mentis opus.

Quis senex laudandus.

Est laudanda senis probitas: ita foeda senectus

Culpanda est: turpi quae maculata probro.

Ad canisianum q; ocium

est sepulchrum hominis.

Ocia mors hominum est: spirantis ⁊ esse sepulchrū

Arbitror indocti canisiane viri.

Signum est aeternae ruinae

foelicitas improborum.

Desine mirari: aeternae sunt signa ruinae:

Prospera cum videas tot geminata malis.

Ingratus est qui sine

usura grates reddit.

Reddiderit quisquis paruas sine foenore grates:

Conuincam ingratum canisiane virum.

Poetae multa lectione est opus.
Instar apis debes varijs excerpere libris:
Mellifluo vt manat dulcis ab ore liquor.
Si quisq; metiatur ⁊ alijs
erit aequus iudex.
Te perpende prius nec det tibi purpura fastum
Est tibi: sic alijs arbiter aequus eris.
Virtutis principium aspe-
rum: finis amoenus.
Est opus incaepro: finis virtutis amoenus:
Principij q̄uis aspera prima via est.
Voluptas pestis iuuenum
et senum est.
His fieri foelix: est debellanda voluptas
Hacc iuuenum exitum est: pestis ⁊ illa senum.
Yactantia est omnibus inuisa.
Omnibus inuisa est stolidae iactantia mentis:
Dum de te loquacris: gloria nulla tua est.
Quae carent effectu ten-
tanda non sunt.
Quae fieri nequeunt proorsus tentare recuses:
Yngenij debes pondus habere tui.
Nihil noui sapienti contingit.
Providet specula sapiens quaecūq; futura:

Assuetusq; malis nil nouitatis habet.

Sapiens nihil inuitus facit.

Nil facit inuitus sapiens: exire recusas:

Quod vitare nequis: velle necesse tibi est.

Dulchra vestis nō facit egregios viros.

Si tota crassa mihi est, sperno: si trita lacerna est:

Num facit egregios purpura picta viros?

De eadem re.

Si modo me spernis: mutata veste redibo:

Quod mihi non dederis: vestibus ipse dabis.

De eadem re.

O blatrant tritis catuli plerumq; lacernis:

Ac latres: nobis vestis habenda noua est.

Ad detractorem.

Nullus ingenij tanq̄ sicut disticha: carpis

Tu nil cum scribas: quale tibi ingenium est.

Quod non sumus mancipia corporis

Num sit missa tibi mens alto libera caelo:

Num vis mancipium corporis esse tui?

Ad detractorem.

Sectantem patrias artes ⁊ inutile carmen

Ac carpis: tu quid desidiosus agis?

Nō est credēdū blādo adulatori.

Qui te plus solito demulcet carmine blando:

Te capere insidijs nititur ille suis.

Vitanda sunt contagia culpae.

Leu colubrum fugias blandae contagia culpae:

Quis non foedatur si pice tactus erit?

Res precibus vendita chara est.

Quod precibus vendis precium tibi vile videtur:

An mihi res emitur charior vlla prece?

**Meum et tuum sunt omni
um malorum causa.**

Si duo de nostris tollas pronomina rebus:

Praedia cessarent: pax sine lite foret.

Qui seminat discordiã erũnã metit.

Qui mala vipereis iactabit semina sulcis:

Martis ⁊ erũnac tristia grana metet.

De morbo suo,

Mutauit stomachum diri violentia morbi:

Hei timeo faciet quid mihi facua lues.

Quaescimus docere: ⁊ quae ig-

noramus discere debemus.

Quae nosti impartire libens: facilisq; roganti

Esto: quae nescis discere ne pudeat.

Diuitiae male parte hostib; relinquuntur.

Cur tibi diuitias cumulas: cui congeris aurum?

Hostibus an nescis haec cumulare tuis?

Ad factiosum.

Cur miser incedis numerofo milite feptus:

Quac mala cuftodes tot peperere tibi:

Qui alios repraehēdit: fe primū caftiget.

Quum fueris cenfor: primū te a crimine purges:

Ne tua te damnent facta nefanda reum.

Non debemus noftra negli-

gere: vt aliena curemus.

Ne tua condemnes aliena negocia curans:

An tibi te quifq̄ iunctior eſſe poteſt:

Amico ſic proſis: vt tibi nō obſis.

Esto memor charo ſemper prodeſſe ſodali:

Præſtita ſic noceat ne tibi ſcdulitas.

De eadem re.

Sic vtere tuis: egeas ne rebus amicis:

Sarcina nāq̄ humeris tota ferenda tuis.

Amici pauciſſimi.

Millibus eſt multis vnus vix fidus amicus:

Hic albo coruo rarioꝝ eſſe ſolet.

Dēs diuites auari ſunt pauperes.

Quaerere diuitias ⁊ ſemper egere furoris

Est ſummi: vt partas deſtruat alter opes.

Vnus princeps.

Non capit vna duos maietas regia fratres:

Fraterno rubit sanguine roma recens.

Vita tyranni miserrima.

Quid quaereris: si nota foret tibi vita tyranni:

Privatus malles sedibus esse tuis.

De sylla foelici.

Imperium posuit tunc vero nomine foelix:

Nam primum iniustus sylla tyrannus erat.

Festinatio ⁊ ira sunt inimicae cōsilio.

Consilium praeceptis sequitur plerumq; ruina:

Ira quoq; est valde noxia consilio.

De victu modesto.

Sit facilis victus nullo irritante sapore:

Sed stomachum ⁊ gustum mordeat ipsa fames:

De paupere.

Si pauper fueris: sit parsimonia munda:

Hec neglecta tibi simplicitas fuerit.

La⁹ modesta: vituperatio modica

Si quem laudaris: parce laudare memento:

Crimina culpato partius ipsa tamen.

Fluctoitas dicentis non est

attendenda: sed quid dicat.

Hec te dicentis moueat reuerentia: sed quid

Dixerit attendas: qua ratione probet.

Petro Ridolfo Nicolai filio.

Nil tibi rescripsi: veniam concede ridolfe:

Hic morbi quintus iam mihi mensis adest.

Symoni Canisiano amico.

Non me visisti: sexto cum mense laborem:

Dic vbi traxisti canisiane moras.

**Ad Petrum hortantem vt salutē
recuperet posita virginitate.**

Cur petre virginem hortaris me ponere florem

Non faciam: vel si hoc certa paranda salus.

Ad Paulum roncionem

de medicorum consilio.

Promittunt medici coitu mihi paule salutem:

Non tanti vitae sit mihi certa salus.

Ad pierides.

Quae mora pierides tenuit: succurrite morbo

Pallida lactifero vix tegit ossa cutis.

Ad Calliopeam.

Hic mihi iam sextus mensis post mille dolores:

Affer opem vati calliopea tuo.

Ad Apollinem.

Pulcher apollo veni: defer q̄ salutifer herbas:

Tam cito si moriar: crimen apollo tuum est.

De luxuria.

Luxuria est praedulce malum: quam capere multi

Sed pauci vitare queunt: patiturque labore
Virtutis robur: corrumpunt ocia mentem.

Vitia et non homines carpendi.

Parcere hominibus nostri didicere libelli

Crimina: non homines nostra thalia praenit.

De eadem re.

Religio christi personis parcere iussit:

Unde meo nullus carmine iniustus erit.

Ad versificatorem.

Una bis centum componis carmina nocte:

Ah nescis scombis tegmina quanta facis?

Consulas priusquam facias.

Nil temere incipias: sed primum consule: caepti

Nam multos sero poenituisse liquet.

Verecundia et pudor honesti

mater et frenum viciorum.

Improba quid rides: verecundia mater honesti est:

Frena pudor turpis criminis esse solet.

Regnum est graue et periculosum.

Si scires quanti plenum diadema periculi est:

Malles sisyphum ponderis esse reus.

Finis.

Petri martyris ad amicum Anthonium Habrissensem amoris vicissitudo.

Et rursus hispaniae praesens decus salve de ambulanti mihi per littus gaditani freti anno quo almeria: quam abderam plerisque antumant: in hispani imperij potestatem venit: corpulentissima: incultae et balbuciens quaedam mulier: lanita comas: et lachrymis per ora: et pullatam vestem cadentibus ac sublatis vocibus dari sibi nautas: quibus trans fretaret inclamitans dedit sese obviam. Hec quis me toto lumine spectasset: interrogati tamen quae nam esset: quid sibi vellent hi fletus: quid funeralis habitus: quid velacri capilli significarent: stilo sibi ingenito respondit. Ego autem qui numeros eius non verba detinui meo more que de eius sermone perintellexerim: enarrabo.

Mille et tercentum fuerat donata per annos:
Et totum sine forma orbem: sine lege tenebam
Inculto sermone canes regum arma ducesque
Noie barbaries: mulier nec amica poetis

Hec laudi bene grata pia: diuoque decori
Lustra decem longis exactis orbibus ipsum
Arbitro ardentem phoebum traxisse per auras:

Ex quo fata ingens dirumque indicere bellum
Constituere mihi: martemque incedere contra
Demisere viros superi de sede tonantis:
Summersum eloquium caceno: somnoque grauatum:
Qui excuterent: turpique situ confecta leuarent
Et colere inciperent linguae rudimenta latinae:
Laurento romaque sua crudeliter actae.
Ex illo cecidere mihi de pectore vires:
Et tremere coepi coelo minitante: ruina
Claticinata grauem: quodque hic iam perditacerno
Infoelix dulci ausonia modo pulsa: putabant
Elegisse locum tutum: sedemque quietam
Construxisse mihi: si extremis orbis in oris
Finibus occidui paruo hoc contenta laterem
Limite: et europaee reliqua si paece carerem.
Multo aliter cessit: zephyri clementia frustra
Implozata mihi est: alium reperisse philelphum
Sum visa: atque alium hic lappum cui turgida vena:
Aecnon et vallam veterem: marsuz ne benignum:
Pomponi aut leti vigiles reperisse lucernas:
Aut volscum facilem: vel tot de vatibus vnum:
Quos peperit latium contra mea regna disertos:
Mercurio genitum referunt et nebride nimpha:
Anthonio huic nomen: qui me sequiturque fugatos

Per totam hesperiam, puer hic patriamq; domūq;
Et natale solum linquens: iuuenalia quondam
Tempora cum musis bachoq; apolline triuit
Inueteri italia: ad quam nunc se contulit omnis
Turba puellarum: cyrrha nisaq; relictis,
Hunc postq; virides lauros certesq; corimbos
Iam meruisse sibi vidit saturnia tellus:
Ad patriam antiquam properanti currere gressu
Iussit: ut infirmo generi succurreret: et me
Hispanis ageret terris: subitoq; fugaret:
Quom primū aduentare hominē noctissima sensi:
Atq; aduersa mihi penitus pia numina coeli:
Et terra pelagoq; simul fera bella parari:
Tartarcas vires subito: noctisq; perhēnis
Nigrantes umbras adū: qua dicitur iastur
Lamasea specu moriens descendere ad orcum
Simalus extiterit nostro dum staret in orbe,
Thesiphonem reliquasq; furens discordia secum
Eduxit fautura mihi: populosq; per omnes
Hesperiae occidui sparsit sua semina: dextra
Tabenti: rudiumq; animos contraxit ad iram:
Nec stipes armatus: nec tela: nec aetae
Nec profuere minae ingentes: strictiq; per arctos
Inflexus gladij triuiorum: ensesq; conuicti.

Post multos variosq; metus durosq; labores
 Neq; meosq; simul vicit: stravitq; nec ultra
 Me sinit has penitus terras habitare potentes.
 Desertos igitur libyae zonaeq; furentis
 Saxosos montes: nigri r vasta aequora bacchi
 Pulsa peto: tundensq; genas laceransq; capillos:
 Haec effata graui sonitu seuoq; fragore
 Ethera percutiens euauit: atq; sub auras
 Euecta horrentes: nusq; est mihi visa sequenti.
 Haec tibi significo vates doctissime: ne te
 Poeniteat laborasse intra grata antra fororum
 Ardaliidum post hac te gloria amice
 Subsequitur: malecultra fugit tua nomina q̄do
 Barbaries: tot regna tuis sudoribus ex quo
 Onasti: tua fama quibus volat alta sub astra.

Finis.

Yo Sulpitij Clerulani de moribus pueroꝝ car-
 men iuuenile.



Qlos decet i meſa mores ſuare docemꝰ
 Virtuti vt ſtudeas: litterulisq; ſimul.
 Quae priꝰ admoneo mihi puer idole ſua
 Praeq; tuis oculis haec mea iuſſa tene.
 Sit ſine labe toga. r facies ſit lauta: manusq;
 Stiria nec naſo pendeat vlla tuo.

Et nihil emineant: et sint sine sordibus unguis
Sit coma sit turpi calceus absque luto.
Linguaque non tigeat. careant rubigine dentes:
Atque palam pudeat te fricuisse caput.
Exprimere et pulices: scabiemque urgere nocentem.
Ne te sordidulum: qui videt ista vocet.
Seu spuis: aut mungis nares: nuda siue memento
Post tua concussum vertere terga caput.
Mucorē haud tangas digitis: sputumue resorbas.
Panniculo nasum mungere nempe decet.
Et ruptare caue quin ora in terga reflectas
Stringe os: et crepitum coge tenere nates.
Munditiaque tibi placeant. medio quoque cultu
Eltere. ne turpis vel videate leuis.
Ne maledicta refer. nec promas turpia dictu.
Et stomachosa quidem dicere turpe tibi.
Moribus urbanis curato praeditus esse.
Parce gulae turpi: luxuriamque fuge
Parce et auariciae. bilem frenare memento.
Inuidulus. tumidus. non odiosus eris.
Desidiam fugies. atque omnia turpia pelle:
Et ludi turpes sint procul: atque viri.
Fidus sis. audensque bonis. temerarius esse
Despice. non audax sis: timidusue minus.

Nec penitus mutum, nec te decet esse loquacem:
Conuenit ille thoro, conuenit iste foro,
Et mansuetus eris, rectum te lectus habebit:
Detege nec socium, nec tua membra moue,
Nec sis difficilis nimium nec credulus esto:
Dedecus et metues, et reuerere probos,
Futilis et mendax nunquam, nimium uere seuerus
Esto: sed comem: munificumque uelim,
Sis pius: atque coles superos, venerare parentes:
Et noceas nulli: surripiasque nihil,
Nec sis uinosus, quanuis potasse catonem
Fama refert, fugias sumere uina mera
Non sis derisor: non somniculosus, iniquus
Non iudex: nec tu testis iniquus eris,
Omnibus in rebus studeas precor esse modestus:
Sis audus laudis, sit tibi cura boni,
Sic bene moratum laudabimus atque colemus:
Sic et honorus eris, sic eris ipse grauis
Nunc faciles aures animum quoque prebe serenum:
Morigerare mihi: mollia iussa dabo
Non sum qui laudem summo te accumbere mane:
Iudice conueniens me dabit hora cibum
Nec vos ante focum coenas producere longas:
Haec faciat caupo, qui sapit ista fugit:

Sternite thoros nitide, laut osq3 appone quadrantes
Atq3 sal ē ⁊ cernerem: flumina, vina dapes
Te vitare velim: cupidus ne vt lurco sonoras
Contractes fauces mandere rite iuuet:
Et licet antiqui cubuissent pectore prono,
Te colla hæc actas recta tenere iubet.
Et finito mensæ cubitis hæerere potentes
Tu tantum faciles pone repone manus.
Tuq3 puer iubeo sed eas vel raro sed astans,
Pocula misce celer, pone ve tolle dapes.
Yuraq3 conuiuas super importare minister
Effuge, nam turpis sæpe fit inde toga.
Quodq3 iubebit herus facilis semperq3 subito
Quemq3 tibi dederit: tu tibi sume locum,
Quodq3 vir egregius pauido tibi porriget illud
Sume libens grates aptaq3 verba refer
Esto tribus digitis: magnos nec sumito morsus:
Hæc duplices offas mandere vtrinq3 iuuet
Dapsilis ⁊ largus semper blandeq3 sodali
Impertire tuo pauperibusq3 dapes,
Hæc vos obscenos laudabimus aut comedones:
Esse decet viuas: viuere non vt edas,
Nanq3 cibus nimius capiti stomachoq3 nocebit:
Corporis hic vires ingenūq3 rapit.

Bausape non macules: aut pectora: nec tibi mentū,
Stillet: sitq; tibi ne manus vncta caue,
Saepe ora ac digitos mappa siccabis adapta
In quadra faciet uon tua palma moram,
Quod tibi vicinum fuerit: tu sume sodali
Lede tuo referat dum tamen ille manum,
Dumq; in frustra fecat caueas sumpsisse recisa:
Turco legit dulces absq; pudore bolos,
Non manibus gremio inmissis: tibi vellicet vnguis
Quod sumes: residens non agitato pedes,
Incidasq; prius q̄ dens contundat offellam:
Lingantur rursus ne tibi morosa caue,
Nec linguas digitos: nec rodas turpiter ossa:
Ast ea cultello radere rite potes,
Siue super mensam cortex cumuletur ⁊ ipsa
Ossa: vel in pateram prae pedibusue iace
Nec tanq̄ fiscos tenta nec delege frustra:
Et quocunq; manus: huc tibi lumen eat,
Nec socium torue aspicias: ve quod ederit ille
Aduertas: gestus inspice saepe tuos,
Pocula quum sumes: tergat tibi mappa labella,
Sitergas manibus non mihi charus eris,
Una manus sumat pateram: ni hanc iactet in hostē
Theseus: aut Beli sint monumenta patris,

Est hanc si binis manibus captabis id apte:
Efficies digitis vascula sume tribus.
Et teneas oculos: nec supra pocula fare:
Plena aliquo: vita sit tibi bucca cibo.
Deme merum ciatho: multum ne forte supersit
Quod nolit socius sumere sponte tuus.
Qui sapit extinguet multo cum fonte phalernum:
Et parco lympham diluet ille mero.
Non facias binos haustus: nec fessus anheles:
Sibila nec labijs stridula prome tuis.
Hec cito sorbebis: velut oui lutca grati.
Hec nimium tarda suge phalerna mora.
Unum siue duo: ad summum tria pocula sumes:
Si hunc numerum excedes. iam mihi potus eris.
Fac videas quodcunq; bibes: modicumq; pitissa.
Erater siue calix det tibi vina breuis.
Os quoq; tergebis semper post pocula: palmas
Abluc: quum mensam deseris: atq; labra.
Inflexensq; genu. iungens quoq; brachia: prosit
Dicit. sed tolles ordine quaeq; suo.

Finis.

Falconiae probae foemine eruditissimae
ad adelp̄hū senatorē cōiungē dulcissimū ex
Virgilij opib⁹ centones veteris ac noui tes-
tamenti foeliciter incipiunt.

Pater o hoīum rerūqz aeterna potestas
